



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

19. Respondetur Centaurorum oppugnatoribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

de Minotauro &c. de Centauris, quod equorum hominumq; fuerit natura coniuncta.

§. XIX.

Respondetur Centaurorum oppugnatoribus.

His authoribus authores à nobis supra citatos; & oculatos testes oppono. Vnicus è Poetis (qui tamen potius Philosophus est) Lucretius negat, alij omnes unanimi voce aiunt. Quod si in similibus exigua est fides Poëtarum; historicos habemus. Habemus & Medicos, & Iurifconsultos, qui eiusmodi bifformes foetus in nefandæ libidinis puniendæ argumentum traxerunt. Habemus & Theologos, qui disputant, an, & quando talis partus pro gemino animali, aut homine solo, vel bestia sola, habendus, alendus, vel baptizandus sit? Senecam non moramur, qui eodem loco cum ponat *Centaurus, Gigantes, & quidquid aliud falsa cogitatione formatum habere aliquam imaginem cœpit*, ansam nobis præbet, qua contra illummet utamur. Si enim eadem est ratio Centaurorum, quæ Gigantum, ita nobis licet ratiocinari: Sed Gigantes reperiuntur, ergo & Centauri. De gigantibus diuinæ litteræ affirmant.

Henricus Gandavi quod l. 6. q. 14. C. ouarru. l. 4. c. 2.

Gen. 6. 4.



Diluuij enim tempore gigantes erant super  
 Deuter. 3. 11. terram. Et post diluuium fuerunt. Emim,  
 populus magnus & validus, & tam excelsus, ut  
 de Enacim stirpe, quasi gigantes crederentur.  
 Et paulò infrà de terra, quæ à Deo filijs  
 Ib, v. 20. Lot assignata est: Terra gigantum reputa-  
 ta est: & in ipsa olim habitauerunt gigantes,  
 quos Ammonitæ vocant Zomzommim, popu-  
 lus magnus, & multus, & procera longitudinis.  
 2. Reg. 21. Saph quoque fuit de genere gigantum. Neq;  
 18. Goliath Philisthæorum Polyphemus par-  
 1. Reg. 17. uus fuit. Vidimus denique & ipsi Gigan-  
 4. tes, quos qui cum Seneca nullos vsquam  
 esse putat, est in credendo nanus. Sed su-  
 Artemid. perest præcipua ratio, ob quam Artemi-  
 Dald. l. 2. dorus Daldianus, alijque Philosophi exi-  
 de som- stiment Centauros, & Hippocentauros, &  
 nior. in- quæcunque monstra plurium specierum,  
 terpret. formas præ se ferentia, esse mera somnia &  
 cap. 49. Chimæras. Fieri enim non potest, duas na-  
 turas completas in vnam speciem coalesce-  
 re, aut vnum animal partim bestiam, par-  
 tim hominem, hoc est, rationis particeps  
 & expers esse. Atqui hoc non dicimus. Ne-  
 que enim in Satyro, vel Centauro admit-  
 timus naturæ, sed figuræ duntaxat duplici-  
 tatem. Quid referat, membra aliqua in-  
 formis



formis partialibus errare, si reliqua & præcipua sint humana? Cur anima humana, quæ potest corpus hominis regere sine omni pede, aut etiam ligneo pede, non possit etiam vti pede pedem caprinum imitante, aut equinum? Vel ergo solùm erit homo eiusmodi monstrum, sed ob alienos pedes, monstrosus; vel solùm bestia erit, sed ob humana quædam membra, itidem monstrosa; ex ijs quæ agit dignoscenda. Quamquam igitur non nego, sæpe, qui Centauri, Satyri, Fauni putabantur, malos dæmones fuisse, qui talium monstrorum corpora induerunt, vt homines terrerent; vera tamen eiusmodi animalia existere posse, semper profitebor. Illud certè monstrum, quod D. Hieronymus scribit S. Antonio in eremo apparuisse, cùm dicatur locutum fuisse, bellua esse non potuit; debuit ergo vel dæmon, vel homo fuisse. Quod esse posse neq; S. Hieronymus negavit, neque D. Augustinus refutavit; qui cum alijs SS. Patribus & Iurisconsultis, ac Philosophis aliud nihil voluit reijcere, quàm hæc monstra prout à Poëtis describuntur, duas naturas, videlicet humanam & equinam, simul comple-



Francisc.  
Ferd. de  
Cord. in  
Didascal.  
Multipli.  
ci. cap. 8.  
Delrius  
Coment.  
in Hercu-  
lem Oe-  
teum Se-  
nece.

ctentia, quarum vna fœno, altera vino gauderet: neque opus duplici ventre, & stomacho, aut quadruplici pede, cùm, vt suprâ ex Æliano docuimus, Onocentauri manibus loco pedum nitantur, quando celerandum est. In hanc sententiam etiam scribit Franciscus Ferdinandus de Cordoua. Qui post Delrium, hæc pleraque copiosius disputauit. Verùm his affatim probatum est, gigni monstra; nunc cur ea vel à natura gignantur, vel ab authore naturæ gigni sinantur inquiremus.

### C A P V T III.

*Iniquas hominum de Monstris & monstrosis querelas compesci ex eo, quòd monstra & monstrosi sint Dei opus, & eorum irrisores diuinitus puniantur.*

§. I.

*Murmurationes, & querela contra monstra.*

**D**Vplex iniuria est, si quis inde contumeliam patitur, vnde laudari merebatur. Quare & illi gemina pœna digni sunt, qui Deum in operibus suis non solum  
laude